



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joan. Henrici Meibomii De Cervisiis potibusque &
ebriaminibus extra vinum aliis Commentarijs**

Meibom, Johann Heinrich

Helmestadii, 1668

Caput Sextum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10160

- omni exceptione major, non vinum tantum, sed & hordeaceos potus caput gravare, & καρηβαριως esse, ac καρβοβαριαν inducere, quam *capitis gravitatem* ex humorum & excrementorum repletionem vocat Hippocrates lib. de vict. rat. in morb. ac. Et vicissim vinum etiam καρωλικόν quid inducere valet, æque ac pinum, cæteri que potus hoc genus. Et tam vino quam pino largius invitatos, nunc pronos, nunc supinos, concidere, nunc in latera ferri conspicamur.
- 18: Ipse Polyphemus Homericus Odysf. 1 π. ab vti, seu Ulyffe, non pino, sed meraco Liberi flore lauciatus, non pronus statim, nec in latera, sed supinus primam, tandem cervicem obliquatus procubuit.

Ἡ γὰρ ἀνακλιθεὶς πέσεν ὑπὲρ αὐτὰρ ἑσπεῖα
 κείτ' ἀποδοχμάσας παχὺν ἀυχέαια,
 Namq; reclinatus cecidit resupinus: & inde
 Crassa obliquatus iacuit cervicem.

Ubi igitur experientia, & quæ in sensus incurrunt, fidem rei faciunt, ἐνηγές fuerit rationum conquestis momentis, ut contrarium aut diversum quid ostendas, allaborare.

CAPUT SEXTUM.

SUMMARIA.

1. βρύον.
2. βρυτίον, diminutivum.
3. an à verbo βρύω.
4. Versus de eo Sophocles. §. à Casaubono emendatus.
5. duo item versus AEschyli.
6. Archilochi versus.
7. Similiter emendati.
8. αὐλός, ἀρηνός.
9. βρύον.
10. κλύζον.
11. κωβάβλα.
12. de bryto Hecates locus.
13. βρύον Pæonum potus.
14. de bryto locus Hellenici.
15. & Theophrasti.
16. Pro βρυτίου Barthius legit βρυτίον.
17. & apud Hesychium, βρυτίον.
18. item pro βρυτίου βύελον.
19. Cluverius βρυτίον.
20. κωβάβλα seu βύε.
21. De lectis nibus omnibus dubitatum.

1 **S**i Athenæum sequi velimus, de βρύτω nunc porro nobis agenda

agendum erit. Is enim dicto jam libro x. hoc potionis ge-
 nus τὸ πύρον proxime subjungit, & similiter οἶνον κριθῶνον, seu
 vinum hordeaceum appellat. Hesychius nominat βρυτίον, 2
 quod diminutivum est à bryto, ut ζυδίον à zytho. βρυτίον,
 inquit, κόμα ἐκ κριθῶν. βρυτίον, πᾶν τὸ ἐκ τευφῶν ποτόν. 3
 Quas voces, haut scio, an non recte deducas à verbo βρύω,
 quod est germino: quod & Abrah. Wernerum monuisse vi-
 deo Orat. de Cervis. Coquebatur enim, ut in loco de pos-
 sibus hordeaceis omnibus dicemus, ex hordeo madefacto,
 & post aliquam corruptionem germinante & ligulas emit-
 rente. Athenæus de bryto auctorum aliquor, vetustissimo-
 rum sane, adducit in testimonium loca, sed admodum cor-
 rupta, quæ tamen subjungere libet. Agmen eorum ducit 4
 Sophocles, cujus iste est versus in Triptolemo:

βρυτίον ἢ τὸν χερσαῖον ἔδιδεν,

Jacobus Dalechampius Latine vertit:

Brytum terrestrem in alvum non dimittere.

Is. Casaubonus, quod sensus sibi non constet, in Animad- 5
 versi. ita legit, versumque complet:

βρυτίον ἢ τὸν χερσαῖον ἔδιδεν χαμαί.

quod Latine dices:

Humidum terrestrem brytum profundere.

Auctorum alter est Æschylus, cujus isti versus in Lycurgo, 6
 prorsus obscuri:

καὶ τῶν δ' ἐπιπυβρυτίων ἰχθυαίων χροῶν,

καὶ σεμνοκόπῃσι τῶν ἐν ἀνδρείᾳ σέγγῃ.

Dalechampius hæc pluribus ἑπιφράζεταξ

Iam inde brytum bibebat temporis spatio seipsum exa-
renuans,

Ac sub virili recto cum gravitate modestiaq. sese tun-
dens.

Alii in hunc modum transferunt:

D 3

Hinc

Hinc brytum bibisti, avo macilentus,
In adibus quas fortes viri & generosi inhabitant.

Nos Davi sumus non Oedipi, proinde Lectori iudicium res
7 linquimus. Sequitur vero apud Athenæum auctor tertius,
Archilochus, qui Olympiade LXIV floruisse creditur. Ejus
versus sunt:

Ὡς περ ἀυλῶ βρυ' τον ἢ θραζ' ἀνὴρ
ἢ φρυζ' ἐβρυζε, κὺβδ' ἂν ἦν ποσειδένα.

Vertit iterum Dalechampius:

Ad tibi am brytum, ut Thrax quispiam
Sorbebat, aut Phryx, pronobibens corpore.

8 Ego primum versum metri causa sic legerim:

Ὡς περ μὲν ἀυλῶ βρυ' τίου ἢ θραζ' ἀνὴρ.

alterum emendat Casaubonus, legitque:

9 ἢ φρυζ' ἐβλυζε κὺβάβδ' ἢ ποσειδένα.

Κυλὸν autem in priori versu Casaubonus interpretatur κρη-
νὸν, sive scatebram, quæ aquam fundit, ut Homerum ait
10 sumsisse. Pro βρυ' ζεν reponit ἐβλυζεν, quod est scaturire, &
11 si active sumas, effundere. Pro κὺβδα, quod nullius est si-
gnificationis, legit κὺβ' εἶδα, Hesychio Amathusiorum
lingua sanguinem denotans. Unde versus ipsos Latine ita
vertere licet:

Velut ex scatebra bryttium Thrax quispiam,
Aut Phryx: ita exspuebat ægra sanguinem.

Loquutus enim fuisse videtur Archilochus de muliere quæ
12 dam sanguinis sputo laborante. Pergit vero Athenæus &
Poëtis, qui bryti meminerint, addit Hecatæum ex Histori-
cis, Archilocho coætaneum: ut quem eadem Olympiade
LXIV vixisse testatur Suidas. De eo autem ita scribit: Ἐν τῇ
ἐν τῇ εὐρώπῃς πελοπόννησος, φησὶ πίνειν βρυζὸν ἀπὸ τῶν κρητῶν,
καὶ τὸ βρυζὸν ἀπὸ κέγχρα καὶ κόνιζης. In Europa Periodo ait
(nempe Hecatæus) Ραονας bryttium ex hordeo bibere, & πα-
rabi

rabiam ex milio & conyza paratam. Unde discas *bryzum* Pz. 13
onum fuisse potum, quæ gens eadem erat cum Illyribus:
quem tamen Thracibus etiam & Phrygibus familiarem ex
adducto Archilochi loco cognoveris. Addit vero tandem 14
Athenæus & Hellenicum, Herodoto contemporaneum,
natum Olympiade LXX, adscribitque verba ex ejus libro,
quem κλισίαις inscripsit, sive *de urbium conditoribus*: πίνουσι
δὲ βρύτον ἐκ ρίζων καὶ ἄσπετος οἱ Θρακῆες ἐκ τῶν κριθῶν. *Bryzum*
verò bibunt ex radicibus, ut Thracés ex hordeo. Ubi iterum
observabis βρύλον non tantum ex hordeo, olim confici so-
litum, verùm etiam ex radicibus. De *parabia* vero in *sa-*
baia dicturi sumus. *Bryzi* demum præter cæteros etiam 15
mentionem facit Theophrastus Hist. plantar. lib. IV. cap. X.
Ita enim de foliis malinathalla loquitur: τὰ ἴα (Φύλλα)
συνάγουσιν οἱ καὶ πρὸ χῶρον, ἐφθίγες ἐν βρυτῶ τῶ ἀπὸ τῶν κρι-
θῶν, καὶ γίνετ' γλυκίαι σφόδρα. καὶ ἄσπετος δὲ πάντες ὡσπερ τῆς
γῆρας. *Folia incola* (ad Nili flumen habitantes) *legentes*,
in bryzo coquunt hordeaceo, quæ admodum dulcia evadunt, his-
quæ pro bellariis utuntur. Cæterum diximus ex intervallo,
quando de πίνω agebamus, τὸν πᾶν Barthium ἀπὸ τῆ πίνω
legere πίνω, ut *bira*, sive *biera* Germanorum & Gallorum
potus intelligatur. Idem hic etiam eo se labi scribit Adver- 16
sar. lib. XI. cap. XXXII. ut pro voce βρύτιον apud Hesychium
legat βυρύτιον ut alludat appellationem *bira* aut *biera*,
vox detorta ad Græcam pronunciationem. Dubitat insu- 17
per, an non byram nostram & zythum conjunxerit Hesy-
chius, alteramque vocem ex altera explicaverit, scripserit-
que non βυρύτιον, sed βύρ, ζύθον. Mox etiam apud Athe- 18
næum, ubi βρύτις vox occurrit, omnibus locis rescriben-
dum conjicit βύριον. Sed & Philippo Cluverio German. 19
antiq. lib. I. cap. XVII. & Abrah. Wernero, loco adducto
video placuisse βερυτιν, ex quo *biera* Germanicæ origo
dedu-

20 deduci queat. Et jam ante omnes istos Barthium, Cluverium & Wernerum, medicus doctissimus Balduinus Ronseus Epist. Medic. XL. notavit, ex ἑρῶτα vocabulo, parva litterarum transpositione, & posterioris syllabæ ἑρῶτα, fieri βῆρ, & inde *bieram* nostratium. Verum ultima hæc originatio licentiæ nimium sibi sumit. Si namque ex voce disyllaba syllabam alteram prorsus tollas, alteram pro libitu transponas, facilè cuivis voci, quamcumque velis, originem tribuere possis. Derivationes cæteræ, licet ingeniosæ sint, & plausibiles, tamen vix verisimile fit, apud auctores illos omnes ac singulos, qui *bryti* meminere, Sophoclem, Æschylum, Archilochum, Hecatæum, Hellenicum, Theophrastum, Hesychium, textus ubique fuisse corruptos, nullumque eorum codicem repertum mendii ejuscemodi expertem. Igitur rem potius in medio relinquimus, & de emendationibus istis ex veteri Jctorum formula pronunciamus: *Non liquere.*

CAPUT SEPTIMUM.

SUMMARIA.

1. *Curmi* Dioscoridis. 2. *Posidonio* Stoico *corma*. 3. apud quem male lectum, *dercoma*. 4. quod tamen retinet Io. Isaacius. 5. & Germanicæ vult esse originis. 6. *Durcke*, castigare, vox Danorum. 7. *lac. Dalec hampy* παρ' ἰαμα. 8. *Posidonius* explicatus. 9. Isaacius dimissus. 10. *Curmen*, eodem cum *curmi*. 11. *Krmen* / *saginato*, *Krme* / *cibus* Boheimis. 12. *Krome* / *Germanis* *micapanis*. 13. Tū *curmi* derivatio ex antiqua voce Britannica. 14. *Curmi*, an *canum* *Vlapiant*.

I Dioscorides lib. I I. cap. LXXXI. meminit potusex hordeo, quem κοῦρμι vocat. καὶ τὸ καλούμενον δὲ κῆρμι, inquit,